

1086, mayo. Peña

Sancho Ramírez, rey de Aragón y de Navarra, junto con su hijo Pedro, dotan a la iglesia de Montearagón.

(*Crismón*).⁵ In nomine summi et eterni Dei, Patris et Filii et Spiritus Sancti. Ego Sancius Dei gratia rex aragonensium nec non et pampilonensium, Ranimiri regis filius, et Petrus, filius meus, memores uerborum domini nostri Ihesu Christi quibus ipse dixit: Date elemosinam et ecce omnia munda sunt uobis et quam elemosina a morte liberat animam, calore Sancti Spiritus succensi, facimus donationem de rebus nostris quas nunc habemus et in proximo, largiente Domino, habere speramus, ecclesie quam nouiter cepimus facere in honore et nomine Ihesu Naçareni in castro quam apellamus Montaragon quod Omnipotens Deus faciat nos ibi regnare per intercessionem Filii sui et Beate Marie et Omnium Sanctorum. In primis damus eidem ecclesie decimas et primicias de tota illa uilla quam ibi facere poterimus preter quartum quod habebit episcopus et totas illas decimas de Barlonga et de Castello Savals, et moliaum de Abintrahella⁶ cum suo orto. Damus etiam uilla que dicitur Kiçena⁷ cum omnibus suis terminis et directaticis antiquis⁸ ab integro, preter unam hereditatem quam promisi⁹ ibi ad senior Fortunio Ariol, et aliam quam promisi ad illa comitissa¹⁰. Totam aliam uillam¹¹ donamus ecclesie Montis Aragonis, francam et liberam ad propriam hereditatem per secula cuncta¹²,

⁵ Doc. 621/4 bis no tiene crismón y comienza: *Hoc est transllatum bene et fideliter factum a quodam originali abstractum cuius tenor talis est:...*

⁶ Ídem: Abintrayella.

⁷ En 621/4 *Chiçena*.

⁸ En 621/4 y 621/4 bis añaden: *aquis pascuis ingressibus et regressibus ab integro sicut melius habuit temporibus sarracenorum.*

⁹ En 621/4: *dedi*.

¹⁰ En 621/4 y 621/4 bis añaden: *et preter tres campos quos dedi ad garcia ennecone: et preter illud quod dedi ibi Sancto Iohanni de montesson.*

¹¹ En 621/4 y 621/4 bis añaden: *cum suis terminis et aquis.*

¹² Ídem añade: *Donamus etiam predicte ecclesie Ihesu Naçareni de Montearagon et eius canonicis potestatem per facere uno molino cun sua aqua ubicumque uoluerit eum facere de illo açudt de illa aqua que uenit ad quiçena usque ad illo molino de alfedinar de subtus illa çequia de quiçena, tali pacto quod habecant eum liberum et securum ad opus de illa casa per secula cuncta.*

cum illo molino de Sangarren cum rotas suas aliaçiras antiquas de subtus illo pucio de Alfaçel usque ad illo molino primero de subtus illo de Sangarren et usque flumen, et illo puieo de Alfaçel cum illo solare de illo molino qui fuit subtus illo puieo cum totas suas aliaçiras antiquas de illa uia que uadit ad Osca usque flumen, et usque ad illas aliaçiras de illo molino de Abinabcendin. Hoc totum donamus prefate ecclesie Mons Aragonis liberum et francum sicut nos iam habemus et in antea habere poterimus ad propriam hereditatem, ad seruicium de illos seniores qui fuerint in illa ecclesia. Et si Omnipotens Deus per suam misericordiam fecerit nos regnare in terra ista, dabimus ei maiores honores et hereditates¹³.

Facta carta ista Era T C XX^a III^a in mense madii in castrum quod nuncupatur Penna. Regnante Domino Nostro Ihesu Xristo et sub eius imperium ego namque Sancius supra nominatus Dei gratia rex in Aragone et impampilonia (*sic*), et in Superarbi et in Ripa Curcia. Rex Aldefonsus in Castellia et in Lione. Episcopum domino Petro in Irunia. Episcopum domino Garsia, fratre rege, in Iaka. Episcopum domino Raimundo Dalmatio in Rota. Comite Santio Ranimiro de Scauierre in Ripa Curcia. Comitissa donna Sancia, soror regis, in Sancto Petro de Siresa. Abbate domino Santio in Sancto Iohanne de Pinna. Domino Galindo de Muro, abbate in Sancta Maria de Alqueçar et in Sancto Iohanne de Matirero. Senior Lopegarceiçez in Legin et in Huno Kastello. Senior Fertunio Ennecones alfereç in Funes et in Aguerø. Senior Eximino Sangiç in Sos et in Bailo. Gener eius senior domino Petro in Boltania et in Cacauello. Senior Garcia Sangiç de Garassa in Luarr. Senior Sancio Acenarçe de Beskasa in Senebue. Comite Fredinando Gomiç et Senior Fortunio Sangiç, maiordomo. Et Senior Enneco Sangiç de Binue et domino Andreo de Francia totos in Ara et in Penna. Senior Fortiortiç et Senior Fortunio Arioli et Senior Santio Blask et Senior Galin Dat, Seniores in Mont Aragon.

Signum (*signo*) Sancii.

(*Signo de Pedro I en caracteres árabes*).

¹³ Copia 621/4 termina aquí; 621/4 bis añade: *Sig-(signo)num Petri de Arrapun pulici oscensis notarii testis huius translati. Sig-(signo)num Ferrarii de Barbastro publici oscensis notarii testis huius translati. Ego Thomasius de Lauata publicus oscensis notarius hoc translatum uerbo ad uerbum extraxi et sig-(signo)num meum apposui asuetum.*

Ego Garsie scriptor qui per iussionem domini mei regem hanc kartam
scrpsi et de manu mea hoc signum (*signo*) feci.

AHN. Clero. Montearagón. Carp. 621, n.º 3. Original en letra visigótica.

*AHN. Clero. Montearagón. Carp. 621, n.º 4. Copia del anterior
incompleta y con interpolaciones.*

*AHN. Clero. Montearagón. Carp. 621, n.º 4 bis. Trasunto notarial del
siglo XIV del documento n.º 4.*